

albo var. *heterophyllo* det. FENZL.) plantae typ. formae subgenuinae ad *Ch. album* vergentes multis locis circa Vindobonam : Gainfahrn pr. Vöslau, Simmering (H. BRAUN), Hernals (herb. JACQUIN FIL.), Moosbrunn (JURATZKA 1869), Pötzleinsdorf (KRONFELD 1880).

Bohemia: Schönau pr. Teplitz (V, herb. REICHENB. FIL. 1841).

Thuringia: Blankenburg (1871, herb. A. BRAUN pro „*Ch. albo* seminibus glabris, nitentibus) pl. approx.

Ins. Frisicae: Borkum (B, O. v. SEEMEN 1896 pro „*Ch. albo* var.), pl. approx.

4 *Ch. interjectum* mh. D bot. Monatsschr. 1901, p. 51 tab. II. fig. 10. *Ch. pseudo-Borbásii*, in quod transit, simile, caule roseo-striato, foliis ovatis, ample sinuatis, subtrilobis utrinque subviridibus, parce cano farinosis haud raro roseo-marginatis.

Helvetia (Valesia): Branson (*Ch*, leg. FAVRAT 1880 pro *Ch. opulifolio*).

Tirolia: Fliess in valle Oeni sup. (MURR 1890).

Hungaria: Com. Gladna (H, leg. WELAND pro *Ch. albo*).

Formas intermedias versus *Ch. pseudo-Borbásii* vid. e. g. e Helvetia (St. Maurice in Valesia, leg. CHEVENARD 1880), Tirolia, Alsatia (Colmar, leg. ISSLER).

(Continuabitur)

Hazánk meg a Balkán Hesperis-ei.

(Species Hesperidum Hungariae atque Haemi).

Irta: Dr. Borbás Vince. — Autore V. de Borbás.
(Folytatás. — Continuatio.)

Harmadik alnemzetség (subgenus tertium).

MONTICOLAE BORB ined. (*Deilosma* ANDRZ. in DC. Syst. II. p. 448). Species saepius perennes, rupifragae. Racemus corymbiformis initio densissimus, *pedunculis plerumque tenuibus*. *Petalorum limbus obovatus*, vel subrotundus, illis subgeneris 1. et 2. conspicue latior, abruptim in unguem attenuatus, albus, violaceus aut rubello-violaceus, sine pictura, concolor. Siliquae teretiusculae aut subte-tragonae, toruloso-moniliformes, dehiscentes, vulgo brevissime stipitatae (1—2 mm) atque breviter rostratae, graciles, septo membranaceo, *valvae repleo angusto fere aequilatae*, nervo medio parum prominulo, *nervis lateralibus pluribus parallelis*. Semina tenuiter rugulosa. Nectariis stipularibus aut juxtapeduncularibus abundant.

Subgenus hoc speciebus formisque multis perennibus dives, sed species demissiorum biennes transformatae sunt.

Conspectus Monticolarum. (A Monticolae csoport áttekintése).

I. *Glandulosae*. Caulis, folia aut etiam inflorescentia pilis glandulosis densis villosa.

a) *Latifundae* vel *sessilifoliae*. foliis superioribus summisque basi dilatata, rotundata, cordata aut hastata sessilibus, glandulis stipularibus nullis.

aa) *Subcanescentes*, pilis densis vestitae1. *Hesperis dinarica* G. BEČK; cfr. *H. Vrabélyianam*.
var. *haplotricha* BORB. (p. 267.)2. *H. silvestris* CRANTZ
var. *subruncinata* BORB.,
var. *albiflora* SCHUR,
var. *pachycarpa* BORB.,
var. *trichogyna* BORB.3. *H. Theophrasti* Borb.
var. *adenocarpa* BORB.4. *H. suaveolens* (ANDRZ.) :
var. *semiglabra* BORB.bb) *Virescentes*, pube sparsiore vestitae.5. *H. elata* HORN. ex LEDEB. Fl. Ross. I. p. 172.6. *H. adenosepala* BORB.b) *Angustifundae* sive *Petiolumatae*, foliis superioribus summis-
que ba. conspicue angustatis aut breviter petiolatis, *glandulis*
stipularibus persistentibus.7. *H. oblongipetala* BORB.II. *Eglandulosae*, tota herba eglandulosa, *H. Vrabélyiana*
atque *H. Degeniana* sparse glanduliferae.a) *Angustifundae*:aa) *Trichophyllae*, foliis vario modo pilosis.aaa) *Haplotrichae*, folia pilis simplicibus vestita, ramosis
nullis aut raris.8. *H. matronalis* L.
var. *densifolia* BORB.
var. *alba* MHL.
var. *heterophylla* TEN.9. *H. sibirica* L.
var. *integerrima* BORB.
var. *brevicuspis* BORB.,
var. *glabrescens* SCHUR,
var. *candida* KIT.,
subvar. *calvata* BORB.
var. *piliperda* BORB.bbb) *Cladotrichae*, folia pilis ramosis vestita:10. *H. c. dotricha* BORB.,11. *H. pynotricha* BORB. et DEG.12. *H. lepsanifolia* BORB.bb) *Glabrifoliae*, foliis glabris.13. *H. obtusa* MOENCH
var. *H. moniliformis* SCHUR.b) *Latifundae*:aa) *Cladotrichae*:14. *H. Dauriensis* AMO,15. *H. Steveniana* DC.,16. *H. Degeniana* BORB.*Haplotrichae*:17. *H. nivea* BAUMG.
var. *leucantha* SCHUR,
var. *leiosoma* BORB.,
var. *subsinnuata* BORB.18. *H. Vrabélyiana* (SCHUR).

Species haplo- trichae aut gla- brae, floribus violaceis aut lividis.	Varietates :	Species cladotrichae :	Species aut varietates albi- florae :	Spec. aut var. trichocarpae.
<i>I. Deserticolae :</i>	var. homochoa. " atropurp. " perlanata,			
1 Hesp. tristis				
<i>II. Mediterran.</i>				
2. H. glutinosa	var. sec.-flora		var. maioriflora	typus et var. scabr.
3. H. laciniata				
<i>III. Monticolae:</i>				
Glandulosae la- tifundae :				
5. H. silvestris	var. subrunce. " pachycarpa,	4. H. dinarica	var. haplotr. var. albiflora	var. trichogyna
7. H. elata	H. adenosepala	6. H. Theophr.		
8. H. suaveolens	var. semiglabra			
Glandulosae an- gustifundae :				
9. H. oblongipe- tala	var. adenopoda			
Eglandulosae angustifundae :				
<i>Trichophyllae :</i>		10. H. cladotr.		
13. H. matron.	var. densifolia	11. H. pyenotr.		typus
14. H. Sibirica	var. brevisusp. " integerrima.	12. H. lapsanif.	H. alba H. candida	H. heterophyl. var. piliperda
<i>Glabrifoliae :</i>	" H. glabrese		var. calvata	
15. H. obtusa				
transitus: H. mo- nilif			H. moniliformis	
Eglandulosae latifundae :				
transitus: var. leiosoma		16. H. Steven.		typus
		17. H. Dauriens.		
	var. carpatica,			
	" leiosoma,		18. H. nivea	typus
	" subsinuata.		typus	
		19. H. Degeniana	20. H. Vrabélyi- ana	

Clavis specierum Monticolarum.

1. *Sessilifoliae*, foliis basi dilatata sessilibus . . 2.
— *Petiolutatae*, foliis superioribus summisque basi angustatis aut breviter petiolatis . . 19.
2. *Glandulosae*, caule, foliis, aut etiam racemo glanduloso-villosis . . 3.
— *Eglandulosae*, tota herba eglandulosa, *H. Vrabélyiana* et *H. Degeniana* solum sparse glandulifera . . 13.
3. Petala alba, late obovata . . 4.
— „ violacea aut rubra, illis *H. matronalis* minora aut angustiora . 6.
4. Parce glanduliferae . 5.
— Abunde glandulifera Folia inferiora late lanceolata, utrinque attenuata, breviter petiolata, superiora ovato-lanceolata, suprema basi fere subcordata sessilia, omnia densa dentata, utrinque pilis in typo ramosis, in var. *haplotricha* simplicibus molliter pubescentia. Pedunculi patentes, calyce longiores, flores odori, nivei = *H. dinarica*.
5. Folia argute dentata, pilis simplicibus = *H. Vrabélyiana*.
— Folia denticulata, pilis ramosis = *H. Degeniana*.
6. Plus minus caescentes, pilis densis vestitae, petalis oblongis . . 7.
— Pube sparsiore virescentes, petalis brevioribus, obovatis . . 12.
7. Siliquae, saltem juniores, glanduloso-pubescentes, petala violacea . . 8.
— Siliquae ab initio glabrae . . 9.
8. „Foliis dentatis subintegerrimisque; . . caulinis oblongo-lanceolatis subcordatisve, pedicellis pubescentibus, calyce barbato sublongioribus, siliquis glanduloso-pubescentibus“ = *H. adenocarpa*.¹⁾
— Folia caulina angustissime, quasi aristis grosse serrata = *H. trichogyna*.
9. Folia pilis ramosis simplicibusque aspera, superiora inferioribus latiora, basi leviter cordata = *H. Theophrasti*.
— Folia pilis simplicibus mollibus densisque vestita, superiora inferioribus haud latiora . . 10.
10. Folia primi anni atque illa caulis inferioris + lyrato-runcinata, sed sub anthesi plerumque emarcida, (rarius solum grosse dentata = var. *subruncinatae*), caulina media sessilia, ovato-oblonga, longe acuminata, superiora basi hastato-truncata, grosse atque argute dentata, cuspidate terminali praelonga acuminata, integerrima, omnia utrinque molliter pubescentia. Pedunculi villis longis glandulosis onusti, petala violacea, sicca magis coerulescentia = *H. silvestris*.

¹⁾ *H. Steveniana* DC. glandulis destituta, foliis runcinatis, ramoso-pilosis, siliquisque hispidis ab *H. adenocarpa* differt.

— Inflorescentia glabra vel sparse pubescens, eglandulosa...11.

11. Foliis „inaequaliter argute dentatis, inferioribus obovato-oblongis, petiolatis, superioribus lanceolatis acuminatis, subcordatis, sessilibus, pedunculis (cum rachi) glabris, calyce apice barbato duplo longioribus... Flores purpurei, speciosi, diuque noctuque odorati.“ = *H. suaveolens*.

— Inflorescentiae axis cum pedunculis compressis, extus glabris sparse pubescens = *H. semiglabra*.

12. „Caulis simplex erectus. Folia lanceolata, acuminata, remote denticulata“ (DC), „superne glandulis pedicellatis adpersa, caule foliisque scabris, calyce toto hispido“ (LEDEB.) Ramosissima. = *H. elata* cfr. p. 62. (incomplete descripta.)

— Folia glandulifera. Pedunculi ancipites, intus glanduliferi, extus glabri, calyci glanduloso circiter aequilongi. Flores minores, cerasiini, siliquae densae = *H. adenosepala*.

13. Folia pilis ramosis vestita...14.

— „ pilis simplicibus, ramosis raris vestita; flores candidi .16.

14. Folia pilis brevibus densis canescenti-pubescencia, pedunculi flore candido breviores. siliquae crassulae = *H. Degeniana*.

— Flores purpurascens...15.

15. „Annua,.. foliis inferioribus obovatis, in petiolum attenuatis, inde spatulatis, caulinis sessilibus, ovalibus, semiamplexicaulibus, omnibus dentato-serratis et pilis simplicibus furcatisque (uti caulis et calyces) vestitis; pedunculis calyce brevioribus, petalis ovato-oblongis, integris; siliquis erectis, teretibus, glabris;... racemo 3—5. floreo = *H. Davriensis* AMO, Fl. Iber. VI, p. 495, 1873.

— Caule siliquisque hispidis, foliis basalibus runcinatis, fere glabris, superioribus late ovatis, lanceolatis, utrinque cladotrichis, inciso-dentatis, quam basalia multo latioribus; pedicelli calyce longiores = *H. Steveniana*

16. Herba superne glaberrima, nitens, folia media superioraque basi latiore ovata aut leviter cordata, acuminata amplexicaulia, dentata, pedunculi intus puberuli = *H. leiosoma* (ic. prima).

— Herba pubescens...17.

17. Parce glandulifera, foliis argute dentatis = *H. Vrabélyiana*.

— Eglandulosae...18.

18. „Caule.. hirsutissimo, foliis ovato-oblongis, superioribus breviter petiolatis, summis sessilibus, amplexicaulibus, ovato-lanceolatis, dentatis hirsutis“, acuminatis, basi dilatata; flores suaveolentes, siliquae pilosae = *H. nivea*, siliquis cito glabris = *H. leucantha*.

— Breviter canescenti-pubescens, foliis ovatis, sinuato-dentatis = *H. subsinuata*.

19. Herbae glanduliferae...20.

— „ eglandulosae...21.

20. Flores et glandulae ut in *H. silvestri*, folia *Hesperidis matronalis* = *H. oblongipetala*.

— *H. matronalem* omnino refert inflorescentia glandulosa = *H. adenopoda*.

21. Herbae pubescentes... 22.

— „ glabrifoliae... 30.

22. „ foliis haplotrichis... 23.

— „ „ cladotrichis... 28.

23. Flores candidi. . 24.

— „ violacei. . 25.

24. Folia et pedunculi dense pubescentia = *H. alba*.

— „ petiolata, remote calloso-dentata, utrinque... subhispida... inferiora ovato-oblonga, ... superiora lancolata, acuminata. Inflorescentia breviter puberula, pedunculis compressis extus glabris. = *H. candida*, var. *calvatae* caulis et folia glabra.

25. Siliquae saltem juniores pubescentes... 26.

— Siliquae glabrae... 27.

26. Breviter puberulo-velutina, caule ramoso, diffuso. foliis inferioribus ellipticis, subintegerrimis, superioribus ovato-lanceolatis, dentatis, subangulatis, pedicellis calyci fere glabro aequilongis, siliquae breviter pubescentes = *H. heterophylla*.¹⁾

— Caule hispidulo, foliis omnibus petiolatis, lanceolatis, dentatis, sparse pilosis, longissime acuminatis, inflorescentia canescenti-pubescentibus, pedunculi elongati, calyce pilis albis barbato longiores, inferiores reflexi, siliquae juniores breviter puberulae, dein + glabratae = *H. piliperda*.

27. Petalis mucrone emarginatis, foliis ovato-lanceolatis, utrinque dense pubescentibus, in var. *densifolia* internodiis abbreviatis densis = *H. matronalis*.

— Petalis obtusissimis, non emarginatis, foliis elongatis, lanceolatis, utrinque sparse pilosis, in var. *glabrescente* glabratis, dentatis, in var. *integerrima* integerrimis, magis ovato-lanceolatis, in var. *brevicuspile* folia ovata, abbreviata, vix aut breiter acuminata = *H. sibirica*.

28. Folia inferiora longe petiolata, lyrata, caulina ovata, acuta obtuse serrata = *H. lapsanifolia*.

— Folia haud lyrata... 29.

29. Folia ovato-lanceolata aut lanceolata, sparsius pilosaspera, viridia. Pedunculi extus glabri, flores speciosi = *H. cladotricha*.

— Canescenti-pubescentibus, foliis densius pubescentibus, pedunculi circum puberuli, flores minores, siliquae iuniores puberulae = *H. pycnotricha*.

30 Folia ovato-lanceolata, glaberrima, grosse dentata, inflorescentia cum pedunculis glabra, flores purpurei = *H. obtusa*.

— Folia lanceolata, basi latiora, longe acuminata, argute mucronato-serrata, breviter petiolata, inflorescentia sparse atque

¹⁾ Ten. Fl. Nap. prodr. p. XXXIX, app. cat. h. Neap. 1815, 59, 1819, 53, DC. Syst. II. 452.

brevissime puberula, hinc inde glabra, pedunculi intus brevissime puberuli, ceterum herba glaberrima; flores candidi = *H. moniliformis*.

Species Monticolarum.

3. *Hesperis dinarica* G. BECK, in Jahreskatal. d. Wiener botan. Tauschver. 1894. p. 6. et Annal. d. naturhist. Hofmuseums X, 1895, p. 174 descripta (cfr. p. 44) in herbis alpinis montis Jablan-vrhc (Sinjavina) Crnagorae quoque crescit, ubi fructiferam pedunculis sat crassis, semiteretibus, siliquis erectis, glabris, nitentibus, torulosis cl. BALDACCI (herb. DEGEN) legebatur.

Species bosniaca ab autore pilis vel ramosis illustratur, at in planta supra Veliko Jezero Trescavicae (FIALA) lecta re vera videtur Descriptio *H. matronalis* var. *thracicae* VELEN. Sitzungsber. böhm. Gesellsch. 1902, XXVII. p. in *H. dinaricam* optime quadrat, ideoque *H. dinarica* etiam Bulgariae australis incola.

β) var. *haplotricha* BORB. Magy.-Botan. Lap. 1902 p. 267 pilis foliorum simplicibus.

In monte Vlasie Bosniae (BRANDIS!).

Synon. *H. nicea* BRANDIS, in SCHULTZ Herb. norm., ser. n. 2509, BAENITZ. Herb. Europ. 1897 n. 9162, fide exemplarium, quod ipse examinavi, non BAUMG.

4. *Hesperis silvestris* CRANTZ, Stirp. Austr. I, 1762, p. 34! II. p. 32! etc. et herb! nunc in instituto botanico universitatis Budapestiensis bene asservato, exclusa icone RUPPII citata.

„Caulis . . . albo villo obsitus. Folia . . . conferta, sessilia. omnia lanceolato-acuminata, basi in non nullis transversa, . . . ad latera baseos dentata, serrata confertius, . . . mollia utraque pagina, licet inferiori magis villosa, . . . ima varia, . . . basi multum serrata et valide, ut etiam *laciniata* videantur, . . . quae ramis supponuntur ut et ramea. . . quasi auriculata, . . . auriculis valide dentatis, caules et ramos amplexantibus, haec cordato-lanceolata. . . Pedunculi tenues, longi, villosi,¹⁾ corollae limbo non adeo latae — verba ex autore citata *Hesperidi runcinatae* omnino apta. In W. et Kit. l. c. uberrime descripta (cfr. p. 306.)

Habitat praecipue in demissioribus Hungariae, regionem elatiorem atque alpinam fugit, ibidem speciebatur alius albifloris locum cedit. Vidi in Hungaria occidua inter Sabariam et Szöllös, ad Sorok-Tótfalu et aliorum in comitatu Castriferrei, Posenii (Wolfsthal), Trencsénii, in Hung. centr. ad Bajóth (cott. Strigon.; Feichtinger!) Pilis-Szántó, Budae (Kamaraerdő, Svábhegy, Zugliget olim, nunc rarissima) Buda-Eörs, Csíkikegy, Török-Bálint, Torbágy, Nadap, Hatvan (in arenosis), Gyöngyös, Bányon Mátrae, Kis-Tereune, ad stationem viae ferreae Salgó-Tarjánensem, Szécsény, Agriae, Felső-Tárkány! Tarkó! ibid. (VRABÉLYI ap. SCHUR Phytogr. 80), in Hungaria austr. in silvis pagi Varsád

¹⁾ Glandulae juxta pedunculares minimae adsunt.

cott. Tolna (St. Kiss, in Schultz Herb. norm. nov. ser. 712), Magyar-Úrög cott. Baranya (L. Richter), ad Quinque-ecclesias, Dálya, Carolovicii, inter hoc oppidum et Ireg, Oravica, Plavisevica, Miháld, ad Thermas Herculis. — In Hungaria orientali, praesertim in Transsilvania sat frequens: Boica (Barth), Szelindek (Fuss herb. norm. 587), Albae-Carolinae (Haynald), Nagy-Enyed (Csató in Baenitz: Herb. Europ n. 705), Hegyhasadék ad Torda, inter Magnovaradium et Rontó, ibidem ad Szent-Márton (*H. inodora* KIT herb!), verosimiliter etiam *H. odora* Rel. Kit. p. 44), in monte Mokra ad Boros-Jenő (HEUFF.), ad Nagy-Károly, Szatmár (DIVÉKY), Torna (HAZSL. Ejsz. M. 124), Marmaros.

Area geographica:

Moravia: Schöllschütz gegen die Clause (SCHOTT herb.)

Austria inferior: in ditione Vindobonae, loc. class; Liesing, Leopoldberg etc.

Romania: Dealu Stirmina (GRECESEU!).

Bulgaria: Karlova (HINKE, a M. Nemz. Muzeum gyűjt.).

Synonyma: *H. altera Pannonica inodora* et *H. silvestris* CLUS. Pann. p. 335 „folia . . . breviora et nonnihil ad pediculum laciniata“ exclus. icone, quae ex *Lobel.* Stirp. 175 sumpta, a *Linnaeo* ad *H. matronalem* citatur.

H. tertia CLUS. Hist. I. 297 cum eadem icone, quam etiam *Crantzius H. silvestrem* male referentem dicit.

H. inodora L., Sp. pl. ed. II. 1763. p. 927 „folia fere hastata, basi transversali, argute dentata, praesertim ad basin, magis mollia“ etiam ad *H. runcinatum* spectat. In herb. LINNAEI ex *Benth.* in FOURN l. c. p. 341 revera *H. runcinata* sub nomine *H. inodora* adest, (cfr. etiam RUPR. l. c. 92), veluti etiam in herb. *Mygindiano* (herb. univ. Budapest.). Autores tamen folia *H. silvestris* CR. (*H. inodora* L., *H. runcinatae* W. et Kit.) inferiora *runcinata* plerumque non viderunt, inde confusio cum aliis speciebus aucta est.

H. inodora Jacq. Fl. Austr. IV. t. 347, sed solum folium separatim depictum; cfr. p. 270.

H. runcinata W. et KIT. Descript. et Ic. II. 1805 p. 200, t. 200, RCHB. Icon. II. n. 4376; cfr. praeterea RUPRECHTII Fl. Cauc. p. 92.

H. bituminosa SAVI Hort. Pis. 1808, WILLD. Enum suppl. 1813 p. 45, secundum exemplaria Berolinensia in herb. SCHOTT.

H. matronalis β) *glandulosa* SPACH Hist. nat. VI, 1838, p. 390.

Deilosma sylvestris G. BECK, Fl. Nied. Öst 1802, p. 472.

Varietates:

Quod foliorum formam attinet:

β) *subruncinata* BORB. ined., foliis inferioribus haud *runcinatis*, solum grosse dentatis.

In montibus ad Buda-Eörs.

Quod floris colorem attinet:

γ) *albiflora* SCHUR, Sertum 1853 p. 7, in Transsilvania

Quod fructum attinet:

δ) var. *pachycarpa* BORB. ined. Altissima, breviter glanduloso-pubescent, habitu multo crassiore. Folia inferiora lyrata,

lacinia media elongata; cetera densiora, magis lanceolata, illis *H. silvestris* angustiora et paulo crassiora, argute quidem, neque tamen adeo ac in *H. silvestri* grosse dentata. Pedunculi crassiores, elongati, brevius glanduloso-puberuli, petalorum lamina subrotunda. *Siliquae abbreviatæ, 3 usque, 4 cm. longæ, usque 3 mm. latæ, cylindricæ, seminibus approximatis torulosæ, glabræ, densæ, multo magis ac in typo crassiores.* Foliorum margo glandulosus, glandula juxtapeduncularis adest. Heterocarpia inter Cruciferas rara occurrit. Var. *pachycarpa* quoque hanc exhiberet, sed idem individuum semper siliquam crassam abbreviatamque profert, nullam *H. silvestris* tenuem intermixtam.

Habitat in Austria inferiore ad Leopoldsberg Vindobonæ leg. J. KOVÁTS et in exsicc. Vindob. n. 206 sub *H. matronali* et 706 sub *H. runcinata* edidit.

ε) var *runcinata* W. et KIT. l. c. proprie sic nominata, „siliquæ . . . inferiores gravitate recurvæ, torulosæ, . . . glabræ (l. c. 221.), in comitatu Baranya, ad Thermas Herculis! Nagy-Enyed!, ceterum a typo non diversa. *H. runcinata* tamem siliquis deflexis in FOURN. l. c. p. 341 ab *H. silvestri* remota, subsectioni alteri adscribebatur. De *Candolleus* quoque siliquas erectas aut subincurvas vidit. Exemplaria igitur Baranyensia loci classici ulterius observanda. Ceterum floris color quoque insignis: „corollæ florum impuberum coerulescentes, florentium albae cum parco tinctu rubello, defloratorum pallide rubrae cum striis venisque paulo profundius coloratis, petalorum laminis plerumque brevissimo mucrone terminatis, saepe nonnihil emarginatis, rarius integerrimis, omnino obtusis.

ξ) *trichogyne* BOBB. ined. molliter pilosa, foliis inferioribus oblongis, pubescentibus, subruncinatis, caulinis saepeius argutissime, quasi aristato-serratis, inflorescentia dense glanduloso-villosa, petalis violaceis siliquis junioribus glandulosa-pilosis, denique+glabratis, tenuibus. ¹⁾ Radix perennans esse videtur. Planitie Hungaricæ filia. In querceto Fás territorii Körös-Ladány, etiam rosulam innovationis gerens, foliis integris, longe petiolatis, in silvula Katonás territorii Békés, Vadászerdő Temesvárini.

Var. *trichogyne H. Stevenianae* De CAND. Syst. II. 1821. p. 452 proxima, quæ differt defectu glandularum, radice annua aut bienni, foliis caulinis quam radicalibus multo latioribus, pilis ramosis in utroque disco scabris, (in var. *trichogyne* folia pilis simplicibus mollia) siliquis hispidis, non glanduloso-puberulis.

δ. *Hesperis Theophrasti* BOBB. n. sp. M. B. L. l. 1902, 267.

Perennis. Caulis erectus, horizontaliter reflexeque villosus, pilis simplicibus longioribus. furcatis glandulosisque immixtis, simplex vel superne ramosus, ibidem brevius pubescens, inter flores

¹⁾ Notae varietatum, quæ cum illis typi conveniunt, plenius hic non repetuntur.

magis glandulosus. Folia inferiora oblonga, in petiolum minus elongatum attenuata, basin versus paulo grossius repando-denticulata, sequentia lanceolata, acuminata, grossius dentata, superiora basi latiore leviter cordata sessili aut breviter contracta, magis abruptim acuminata, *inferioribus latiora, omnia utrinque pilis ramosis simplicibusque aspera*. Racemi laxi, initio corymbosi, multiflori, aphylli, inferiores axillares; pedunculis calyce colorato atque glanduloso-villoso apice barbulato subduplo longioribus, undique dense glanduliferis, fructiferis parum compressis, patentibus, *ad basin utrinque glandulis singulis*, Flores intense violacei, *petalis oblongis* aut obovato-oblongis, ideoque in unguem magis sensim attenuatis. Siliquae cum ovario glabrae, torulosae, elongatae, erectae.

Habitat in Macedonia centrali, locis graminosis ad Allchar, solo arsenico (DÖRFLER: Iter Turcicum secundum 1893 n. 31. Exeante maio.)

In Graecia: in Pindi Tymphaei silva, ad monasterium Witomo (SINTENIS: Iter Thessalicum 1896 n. 221, fl. medio maio, utraque in herb. DEGEN.)

H. Theophrasti habitu, foliorum basi, glandulis, petalorum forma *H. silvestri* affinis, differt foliis haud runcinatis, magis asperis, diplotrichis, inflorescentia laxiore, floribus paulo maioribus, radice pereuni etc

Synon. *H. matronalis* HALÁCSY Consp. Fl. Graec. 1900, p. 72, non L.

Observ. Pili foliorum *H. sibiricae* Ledeb. Fl. Alt. Uf. 1831 p. 115, Icon. cent. IV. t. 394, Schur Enum. p. 51 (non L.), num sint simplices aut ramosi, l. e. non describuntur, icon tamen *Hesperidi Theophrasti* adeo similis, ut prioram nomine mutato (*H. adenocarpa* BORB.) non nisi varietatem posterioris habere possem.

6 *H. suaveolens* ANDRZEJOWSKI in D. C. syst II. 1821, p. 449 sub *Deilosma*, absque diagn.; inter synonym. *H. runcinatae*, descripta in BESS. Enum. pl. Volh. 1822 p. 83. cfr. p. nostr. 344.

Caule cum foliis utrinque dense pubescentibus, immixtis pilis glanduliferis. Folia inferiora decidua non vidi, superiora illis *H. runcinatae* omnino similia, inaequaliter argute serrata. Inflorescentiae axis inferne sparse pubescens, superne cum pedunculis glaber. Flores initio densi, minores violacei, petalis apice rotundatis; pedunculi compressi calycem glabrum, apice pilis paucis barbatum duplo superantes. Glandulae ad pedunculi basim binae. Siliquae longae, torulosae, glabrae, nitentes ex spec. (Bulgar.)

Ex Hungaria non vidi, cl. FRITSCH ad Kuzmin Syrmii crescere asserit.

In Podolia (BESS. in herb. mus. nat. Budapest.), petalis oblongo-obovatis, conspicue minoribus et angustioribus ac in *H. matronali*, calyce colorato, glabro, foliis superioribus abbreviatis, basi leviter cordata sessilibus.

In Romania: Comana (GRECESCU), Babadagh Dobrudsae: in silvis ad Ciukarova (Sintenis.)

In Bulgaria: ad Sumla (FR. MILDE in herb. DEGEN.)

In Siberia: in montibus Altaicis (herb. mus. nation. Budapest.)

Synonyma:

H. silvestris var. *Velenovskiyi* FRITSCH, Verhandl. Zool. botan. Gesellsch. 1895, p. 375., *H. Velenovskiyi* ejus, ibid 1896. 5, 1899, 469.

H. Steveniana VELEN. Fl. Bulg. p. 31. suppl. 19, non D. C.

H. lacinia JUNDZ. Opis rosl. 1880 p. 271, non ALL.

H. matronalis a) *eglandulosa* LEDEB. H. Ross. I. 1842 p. 171 ob glabritiem inflorescentiae.

β) var *semiglabra* BORB. ined.

Biennis, foliis oblongo-lanceolatis, infimis basi grossius dentatis, superioribus basi leviter cordata sessilibus, argute serratis, longe acuminatis, pilis simplicibus, sed ad margines foliorum etiam glanduliferis. Inflorescentia laxa (cum *pedunculis compressi*, *extus glabris*) pilis simplicibus ramosisque inspersa, hinc et inde fere glabra. Calyx glaber violaceus, pedunculo duplo brevior, petala obovato-oblonga, violacea, minora. *Caulis breviter pubescens, glandulis sparsis.*

In Serbia. In fruticosis declivium ad Pirot (NICIC.)

7. *Herperis adenosepala* BORB. ined.

Biennis esse videtur, caule erecto reverse setuloso, inmixtis pilis brevioribus simplicibus glanduliferisque sparsioribus. Folia lanceolata, inferiora tempore florendi jam deficientia, cetera *virescentia*, breviter petiolata, superiora basi breviter angustata sessilia, acuminata, dentata denticulataque, summa etiam lineari-lanceolato-elongata, *utrinque pilosa subtus et ad margines etiam pilis glandulosis* inspersa. Glandula petiolaris nulla. *Inflorescentiae* initio corymbosae *axis pilis simplicibus glanduliferisque inspersa*, pedunculi ancipites, supra glanduliferi inferne glabri, calyci circiter aequilongi postea crassiores. *Flores minores, sepala pilis glandulosis inspersa*, apice imberbia cohaerentia. *Petala* cerasino-purpurea unguibus exsertis, lamina obovata, rotundata, siliquae tenues, pedunculis non nisi paulo crassiores, glabrae, densae, fere ut in *Sisymbrio strictissimo*, levius torulosae, semina oblonga.

Habitat ad Sareptam Rossiae (Becker Pl. Astrachanicae, jun. 1887).

Synon. *H. elata* FOURN. l-c. 348 pro parte, non Horn-*H. elata* Hornemann, in Hort. Hafn. suppl. 1819. p. 74. DC. Syst. II 458 et Ledeb. Fl. Ross. I. p. 172 brevissime atque defective describitur, ut cognosci non possit. Ipse vero notas *H. adenosepalae* graviore demonstravi, quae *H. elatae* dubiae nondum adscribebantur.

H. (silvestris Caucasica) glandulosa? RUPR. Fl. Cauc. 1869, 91, quae simul ita defectae adumbratur, ut vix rite cognoscenda sit.

8. *H. oblongipetala* BORB. ined.

Media inter *H. matronalem* et *H. silvestrem*.

Folia lanceolata dense pubescentia *H. matronalem* referunt, at pedunculi glanduloso-villosi, folia pilis simplicibus pubescentia,

sparse, praecipue ad margines, glandulifera, petala oblonge, purpureo-violacea ut in *H. silvestri*, a qua differt foliis breviter petiolatis, angustioribus, minus grosse serratis (inferioribus ignotis), glandulis paucioribus et toto habitu *H. matronalis*, — ab *H. matronali* autem notis *H. silvestris* et foliis longe acuminatis, petalis angustioribus, glandulis etc.

Caule villosa, superne etiam glanduloso, pedunculi inferne glabrioris. Glandulae juxtapedunculares adsunt. Calyx sparse glandulosus et pilosus, apice barbatus, coloratus, petala oblongo-obovata, apice rotundato vel brevissime cuspidata non emarginata.

In Italia: in silvaticis supra Lago di Castello ad Albano (HAYNALD, 13. jun 1862).

H. oblongipetala floribus et glandulis *H. silvestri* affinis, foliorum forma atque dentibus autem *H. matronali* similis, si revera hybrida, *H. matronalis* × *super-silvestris* aestimanda esset. Varietas autem alia petalis quoque *H. matronali* proxima, potius varietatem posterioris sistit *adenopodam* (cfr. p. 46,65).

(Continuabitur.)

A *Sinapis dissecta* Lag. Budapest határában *

Torday Györgytől (Budapest).

A *Sinapis dissecta* LAG. rendszeren lenvetésben fordul elő; LAGASCA a Madridban (1816) megjelent „Genera et species plantarum“ című művének 20. oldalán található első leírás szerint is „abunde venit inter sata praesertim *Lini usitatissimi*.“ Tehát szerzője is len között találta Spanyolországban.

Magja Európa más országaiba is, p. o. Tirolba a lenvetőmaggal terjedt el. Így a lenmag származásának megállapításánál a *Sinapis dissecta* LAG. magjának jelenlétét némely helyen vagy országban termett lenmagra nézve jellemzőnek tartják.

Hazánkban Nagy-Várad mellett — ugyancsak lenvetésben — SIMONKAI tanár úr figyelte meg először (I. N-Várad és vidékének növényvilága, [1890.] 19 és 54. old.). Utóbb 1892—93-ban BORBÁS tanár úr találta meg Vésztő mellett Békésmegyében „azon vasút mentén, mely Nagy-Várad irányából épült“ (BORBÁS levélben, I. Balaton Florája 1900., 288 old.).

Nem tulságosan meglepő tehát, de mindenesetre új adat, hogy ezen növényre Budapest határában (II. ker. Rézmáldülőben) én is reá akadtam két, zabbal bevetett szántóföldön és egy gazos pusztá telken, hol a *Sinapis alba* L., *S. arvensis* L., *Raphanus Raphanistrum* L. és *Diplotaxis muralis* DC. keresztes virágúak társaságában elég bőven volt. Kezdetben abnormis fejlődésű *Sinapis albának* néztem, de midőn láttam, hogy tömegesen fordul elő s ettől elüt, figyelmesebb megtekintés után egy példányt elvittem dr. DEGEN Árpád úrnak a budapesti m. kir. magvizsgáló állomás

* *Sinapis dissecta* im Gebiete der Stadt Budapest.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Ungarische Botanische Blätter](#)

Jahr/Year: 1902

Band/Volume: [1](#)

Autor(en)/Author(s): Borbas [Borbás] Vincenz von

Artikel/Article: [Species Hesperiduin Hungariae atque Haemi 369-380](#)